

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Liberalitas ah
cum fonte proximo

Duo sunt genera largorum, quorum alteri dissipatores, alteri liberales: dissipatores, qui epulis et muneribus ystrionum et lenonum pecunias profundunt, quorum memoriam aut breuem aut nullam sunt relicturi; liberales, qui suis facultatibus aut captos a predonibus redimunt, aut amicos in filiarum collatione iuuant, uel in alia re querenda uel augenda.

Seneca ibidem et ponitur de problematibus.

Duo sunt genera largorum, quorum alteri dissipatores, alteri liberales.
Dissipatores,
qui epulis et muneribus histrionum et lenonum peccunias profundunt,
quarum memoriam aut breuem aut nullam omnino sunt relicturi.
Liberales, qui suis facultatibus aut captos aut a predonibus redimunt
aut amicos in filiarum collatione iuuant
uel in alia re querenda uel augenda.

Pseudo-Guillemus de Conchis, *Moralium dogma philosophorum*, I.B.2.b₁
(J. Holmberg ed., pp.20-1, ll.24-25, 1-4).

Omnino

duo sunt genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales:
prodigi qui epulis et viscerationibus et gladiatorum muneribus,
ludorum venationumque apparatu pecunias profundunt in eas res
quarum memoriam aut breuem aut nullam omnino sint relicturi,
liberales autem qui suis facultatibus aut captos a praedonibus redimunt
aut aes alienum suscipiunt amicorum aut in filiarum colnocatione adiuuant
ut opitulantur vel in re quaerenda vel augenda.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 2.55 (M. Winterbottom ed., p.93, ll.9-17).